



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 8. Martyres in Hispania.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](#)

Cum sint latini, & Sanctum in sugge- Sæcul. XIII.  
stu lingua vulgari usum fuisse liqueat, cre- A.C. 1231.  
dibile est, id quod nobis restat, solam il-  
lorum materiam esse, & hanc eum am-  
plificasse descendendo ad singularia pro-  
ratione locorum ac personarum, motus-  
que vehementes adjungendo, prout ar-  
dor eum suus jubebat. Existimandum  
quoque merito, eloquentiam corporis,  
nempe vocem ac gestum multum ad per-  
suasionem contulisse. Cætera ejus ope-  
ra sunt explicationes mysticæ plerorum-  
que Scripturæ librorum, & quidam in-  
dex seu concordantia moralis, ubi sub-  
certis titulis recenset locos cuivis morum  
generi convenientes: & hoc opus ex o-  
mnibus illius scriptis utilissimum forsi-  
tan est.

### §. VIII.

#### *Martyres in Hispania.*

Eodem anno 1231 duo Fratres Minores *Vanding.*  
Joannes sacerdos ac Petrus laicus in 1228. n. 68.  
Hispania martyrium subiere. Cum cir-  
citer annum 1220 Cæsaraugusta Valen-  
tiam Evangelii doctrinam Mauris pro-  
mulgatum ire cogitassent, & in oppidum  
Tervelum delati, se incolis acceptissimos  
esse vidissent duabus tuguriis prope tem-  
plum S. Bartholomæi exstructis, decem  
ibi annos permanserant. Tum profecti  
Valen-